[illegible]

Litinski arendat Cerlieczkim

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus castrensibus Premisliensibus [illegible] ... [illegible]

[illegible]

Porudenski arendat Bracsiciowski

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus castrensibus Premisliensibus [illegible] Andreas Porudenski [illegible] ... [illegible]

530

sub vadio seu vadiis summae originali correspondentibus inscribit et obligat. Tamque eximius praefatus Andreas Porudenski eidem Michaeli Braczieiowski in bona praefata dedit et admisit realem intrinsecum cum actuali et pacifica possessione per ministerialem terrae quemcunque in bonisque praefatis tum dum ad eandem acceptandam cum monili et nobilibus venerit se et suos successores super omnibus bonis suis obligat et inscribit daturum et admissurum sub vadio centum nonaginta florenorum pecuniae. Tenebiturque praefatus Andreas Porudenski cum suis successoribus quos secum super omnibus bonis suis obligat et inscribit, cumque Michaelem Braczieiowski et eius successores in bonis praefatis et ordine eorumque ab omni quavis impetitione iuridica et extraiuridica, omnibusque quibus iniuriis violentiis, et impedimentis quarumlibet personarum sexus utriusque tum ab omnibus et singulis iuribus et inscriptionibus prioribus et posterioribus debitis vinculis reformationibus ad vitalitatibusque cuiuscunque personarum facti et facienda, nominatim vero a praefata Ignosa Anna matre sua, cittationibus concittationibus innotescentiis ac quibusvis processibus iuris tum quotiens opus fuerit tueri deffendere evincere et liberare protegere bonaque praefata munda et libera facere. Nec debet ipse Porudenski cum suis successoribus eidem Braczieiowski vel eius successoribus in bonis praefatis tam ve quam iure iniuriare aut quovis modo per se et submissas personas possessionem bonorum praefatorum tam in toto quam in minima parte praepedire et adimere sub simili vadio centum nonaginta florenorum pecuniae monetae polonicalis. Et hic idem praefatus Michael Braczieiowski coram officio et actis praesenti personaliter stante inscriptionem in toto priori recessioni publice reiecit. Quia bona praefata sibi modo praemisso arendata non alio iure nisi vigore praesentis arendae ad decursum praefatorum trium annorum tenebit habebit et possedebit. Post expirationem vero arendae praefatae bona eaque libere dimittet vel eius successores dimittent, in quae praefatus Andreas Porudenski inequitabit et nullam per hoc violentiam faciet. Cui inequitationi praefatus Braczieiowski cum suis successoribus contradicere non debet sub vadio similis summae centum nonaginta florenorum pecuniae. Praeterea praefati recognoscentes utique se sibi invicem et mutuo cum successoribus super omnibus bonis suis obligant et inscribunt, intercessam et inventarium certa quae inter se habent ordine eorumque bonorum conscripta, ac manibus sigillisque suis proprius subscripta et obsignata, tam in toto quam in minima parte tenere com-

531

plere et exequi eisdem ordinibus in ipsis contentis satisfacere sub simili vadio centum nonaginta florenorum pecuniae. Pro parte non complenti et successores parti complenti et eius posteris ad solvendum tantum quotiens opus fuerit succumbentes. Insuper etiam praefati recognoscentes utique se sibi invicem et mutuo cum successoribus super omnibus bonis suis obligant et inscribunt praesentem inscriptionem ex his actis ad acta terrae praemissionis antidecursum unius anni transferre transportare similemque vel si opus fuerit meliorem recognitionem facere sub simili vadio centum nonaginta florenorum pecuniae. Circa cuius quidem inscriptionis transportationem praefatus Andreas Porudenski se et suos successores super omnibus bonis suis in manus eiusdem Braczieiowski et eius successorum inscribit et obligat praefatam Generosam Annam de Pleszowicze matrem suam ad eadem acta terrae praemissionis adducere et statuere. Quae statuta tenebitur super inscriptionem praesentem quoad omne ius suum reformandum et ad vitalitatem et aliud quod vis ipsam in dictis bonis quomodolibet concernentem consentire eandemque inscriptionem in omnibus eius condicionibus punctis clausulis et articulis approbare confirmare et ratificare, sub simili vadio centum nonaginta florenorum pecuniae, in casu non completionis praemissorum omnium tam in inscriptione praesenti quam et in intercessa seu inventario praefatorum contentorum per partem non complentem et successores parti complenti et eius posteris ad solvendum tantum quotiens opus fuerit succumbentes. Pro quo quidem vadio seu vadiis si se pars praemissa non tenens et non complens cum successoribus parti tenenti et praemissa complenti et eius posteris ad officium praesens castrensem praemissionis citare permiserit. Extunc foro suo quovis proprio omnisso coram eodem officio in primo citationis termino tanquam peremptorio stare parere respondere ac pro praefato vadio seu vadiis omnibus exceptionibus controversiis praeseruationibus, praeseruationibus, suspensionibus, vera vel simplici infirmitatibus, actione pro maiori, ad quietum dillationem non petentibus, motionibus appellationibus earumque prosequentibus legatibusque quibusvis impedimentis, poena trium marcarum et triplicis poenae ac aliis omnibus generaliter dillationibus iurisque remediis de iure consuetudineque uti solitis quibus se praesentes utique cum successoribus abrenuntiant, pars non complens et successores ipsius parti complenti et eius posteris satisfacere tantum quotiens opus et necessarium fuerit tenebitur. Nulla in praemissis ordinibus praescriptione terrestri obstante.